

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Loquacitas u cum uariis

Lingua dicitur quia lingit adulando, mordet detrahendo, occidit menciendo. Ligat et ligari non potest; labilis est et teneri non potest, sed labitur et fallitur. Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta; tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias; uno ictu multos percutit et interficit. Blanda est et subdola, lata et parata ad exhaurienda bona et miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam quoniam mors et uita in potestate lingue est.

Hugo ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

occidit] attrahit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; blanda] banda M; Hugo *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>